UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ſione ſui natura extenditur ad incogitata, ſed nõ ad
dolo ſubtracta, niſi eſſet facta expreſſa mentio de in-
cognitis, & nõ cogitatis, & maximè ſi interuenit iura
mentũ per prædicta, & per ea, quæ ĩ ſpecie uoluit Bal.
11 in d.l. ſub prætextu. in fi. verb. dicens, ꝙ † generalis ab
ſolutio facta illi, qui adminiſtrauit, extenditur ea, quę
adminiſtrator prius ẽt doloſè adminiſtraſſet, nã pa-
ctum generale, ſeu liberatio generalis debet ex præ-
ſumpta mente cõtrahentium intelligi, & per eam in-
ducitur liberatio ẽt ab iis, quæ dolo cõmiſſa fuerunt
in adminiſtratione, ac in damnificatione, & deterio
ratione rerum, ſed non ab iis, quæ dolo realiter fue-
runt ſubtracta, & rationem aſſignat ibi Bald.

¶ Non obſtat, ꝙ Thomas reſpondẽdo poſitionibus
partis aduerſæ cõfeſſus fuerit ſe certam pecuniæ quã
titatem habuiſſe de pecuniis cõibus, quæ tẽpore obi-
tus Gratiadei eorũ fratris repertæ fuerũt, quam pecu
niæ quãtitatem Thomas tunc habuit, & recepit præ-
ſente, & cõſentiẽte dicto Andrea, qui renuit uelle ſu-
ſcipere adminiſtrationem bonorum cõium, ſed illã
dicto Thomæ dimiſit, ac relaxauit, & cõſequenter cũ
cõſtet de pecuniis cõibus habitis per dictũ Thomã,
ipſe debet ad illarum reſtitutionẽ teneri, cũ dicatur
doloſè uelle illas retinere, arg. d.l. tres fratres. & eorũ,
quæ habentur per gl. Bar. Bal. & omnes in d.l. ſub præ
textu. la 2. & in d.l. ſi de certa. quia licet clara ex prædi
ctis reſponſio colligi poſſit, tñ ſpecialius reſpondẽdo
12 dico, ꝙ † quando poſt liberationem & abſolutionẽ
generalem factam, ut ẽt ad non cogitata, & nõ cogni
ta extendatur, apparet expoſtfacto alterum ex contra
hentibus dolo ſubtraxiſſe pecuniam, ſeu alias res, de
quibus tẽpore contractus nulla habita fuerit notitia,
nec mentio expreſſa, tũc non obſtante illa generali
abſolutione, & liberatione ẽt facta per uerba multũ
prægnãtia res, & pecuniæ dolo ab altera parte ſubtra-
ctæ peti poſſunt, & ita propriè loquiť d.l. tres fratres. &
id, quod habetur in d. l. ſub prætexu. in d.l. ſi de certa.
& in d.l. aquiliana. cum l. ſequen. Secus ſi tempore cõ
tractus fuiſſet habita mẽtio, ac eſſet cogitatum de pe
cuniis, & rebus aliquibus, qm̃ tunc liberatio genera-
lis ad illas omnino extenditur, ut in d.l. aquiliana. cũ
ſimilibus ſupra allegatis, & in hoc nullus cõtradicit,
immò omnes doct. cõueniunt, ꝙ liberatio ſemper ex
tenditur ad ea, quæ tẽpore contractus, & liberationis
cognita, & cogitata fuerunt. At in caſu noſtro tpe di-
uiſionis, & liberationis factæ Andreas ſciuit de admi
niſtratiõe bonorũ, quã Thomas geſſit, & adminiſtra
uit, item de pecuniis per dictum Thomã habitis, ut
ipſe Andreas ponit, & fatetur in ſuis articulis, & poſi-
tionibus, ergo abſq; dubio Thomas ab illis liberatus,
& abſolutus cẽſetur. Præterea ita demum põt agi nõ
obſtante liberatione generali etiam iurata, & cũ uer
bis prægnantibus facta, quãdo aliquid fuiſſet dolo, &
clam ſubtractum, ignorante aduerſario, ut in d.l. tres
fratres. & in d.l. ſub prætextu. cũ ſimil. Secus ſi nõ fuiſ-
ſet dolo ſubtractũ, quãuis ad manus ipſius abſq; dolo
& ſubtractione perueniſſet, tũnc enim illud ob gene-
ralem abſolutionem peti, & exigi non poſſet: ita uo-
lunt, & concludunt omnes in locis præallegatis, nec
contradictorem inuenio, quãdo facta eſſet generalis
liberatio per aquilianam ſtipulationẽ, & acceptilatio
nem immediatè ſubſequutam, & præſertim cum iura
mento, ut ſupra dictum fuit, & eſt uerisſimũ, & expreſ
sè uoluit Bal. in d.l. ſub prætextu. in fi. uer. Sed in caſu
noſtro pecuniæ nõ fuerunt dolo per dictum Thomã
ſubtractæ, immò ad ipſum peruenerũt abſq; dolo &
ſubtractione, uidelicet ex traditione facta per dictũ
Gratiadeum, præſente, & cõſentiẽte præfato Andrea
ut ex proceſſu cõſtat, ergo propter generalem libera
tionẽ, ut ſupra, factam Andreas nõ poteſt agere, neq;
petere, quinimmò dicitur incurriſſe pœnas con
tionales, in qbus, & in omnibus expẽſis litis tãq
temerè, & cõtra promiſſionem ab eo factam liti
eſt condẽnandus, & Thomas à petitis per ipſum
dream abſoluendus, ut ex prædictis liquidiſſime
ſtare uidetur. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Satisfactionis appellatione in contractibus quid propriè contine*
tur, & num. 7. 8. & 14.
2 *Verbum ſatisfacere diſtinctionem perſonarum, dantis uidelicet, &*
accipientis denotat adeò, quòd quis ſibimet ſatisfacere non
dicitur.
Et an ſit uerum, num. 8.
3 *De ſattisfactione, quæ fit per æſtimationem intelligi*
hæc duo nomina ſatisfactio, & æſtimatio ſimul ſunt
prolata.
4 *Locator, uel uenditor, re locata, uel uendita ablata à principe*
quid conductori, uel emptori teneatur.
Et quid ſi pro reſtauratione, & ſatisfactione princeps aliquid
dediſſet, & num. 11.
5 *Satisfacere, ſeu ſatisfactio ut genus, & ut ſpecies capitur,*
do utroque modo.
6 *Et in dubio in contractibus accipitur in ſpecie.*
7 *Satisfactum quando propriè dicatur, quomodocunque fuerit*
luntati creditoris ſatisfactum, & num. 14.
8 *Satisfactum eſſe creditori non ſolum mediante facto debitoris, &*
alterius, ſed ex facto ſolum ipſius creditoris, ſibimet ſoluendo,
& cauendo dici poteſt.
9 *Soluere quis ſibimet poteſt, & hæc ſolutio ita tollit obligationẽ,*
ſicut ſolutio à debitore facta.
10 *Conditio neceſſaria ad effectum actus poteſt quomodocunque*
per caſus diſſimiles adimpleri.
12 *Conditionis, quę tacitè ineſt, expreſſio non debet aliquid operari,*
et maximè, ut actus dicatur uerè, & propriè cõditionalis,
que verba uerè, & propriè impleri debeant.
13 *Sed largè, & impropriè poſſunt adimpleri.*
14 *Satisfieri propriè dicitur, quando quoquo modo iuxta uolunta-*
tem, & deſiderium creditoris eſt prouiſſum.
15 *Obligatus reſtaurare Titium ratione alicuius rei, dicitur in totũ*
liberatus, ſi res illa fuerit per Titium pro eius cautione, &
ſatisfactione apprehenſa.

EPITOME.

Satisfactionis conditio etiam propria au-
ctoritate rem pro ſua ſatisfactione apprehẽdẽdo dici
tur propriè adimpleta, quando, re locata, uel vendita
à principe publicata, ſeu ablata, dominus, ſeu uendi-
tor conductori, ſiue emptori certum quid pro quocũ
que damno ſoluere promiſit, ſi & poſtquã condignã
dictæ rei ſatisfactionem, & æſtimationẽ à principe,
uel alio quocũque quouis modo cõſequutus fuerit.

CONSILIVM CCII.

Viso inſtrumento, in quo per ſyndicum
uẽtus ſancti Dominici promiſſum
giſtri Ioanni dare, & ſoluere libras
ginta infra unum annum proximè
quuturum, ſi & poſtquam dictus conuẽtus con
tus fuerit condignam ſatisfactionem dictæ domus,
eiusq; æſtimationẽ à D.N. Papa, uel aliquo alio quo-
cunq; & quouis modo, & cõiter, uel diuiſim, & hoc
pro quocũque damno &c. Videtur dicendũ, ꝙ licet
domus, de qua in proceſſu, ad ipſum conuentũ peru
nerit, ex occupatione, ſeu apprehẽſione per eũ ppria
auctoritate facta, tñ conuẽtus nõ teneatur ſoluere
cto magiſtro Ioãni, uel eius hæredibus dictas libras
quadraginta. Et primo, qa talis ꝑmiſſio fuit facta
cõditione, ſi cõuẽtus à Papa vel ab alio ſatisfaction
ſeu ęſtimationẽ dictę dom' recepit: q cõditio debet
rè, & ĩ forma ſpecifica adĩpleri l. ꝗ hęredi. & l. mę
ff. de cõd. & dem. & Pau. de Caſt. ĩ l. ſolutã. ff. de ſo
Ar

At in caſu noſtro non recepit à Papa, uel ab alio cōdi
gnā ſatisfactionē, ſed potius à ſeipſo, ergo cōditio nō
adimpletur, prout fuit appoſita. Secundo promiſſio
fuit facta in contractu ſub conditione, ſi conuentus
condignā fuerit ſatisfactionē conſequutus. † In con
tractibus autem appellatione ſatisfactionis contine-
tur propriè ſolutio, ſeu pfecta abſolutio. l. is, cui. §. ſa-
tisfactionis. ff. ut in poſſ. leg. & ideò doct. cōiter dicūt
& ibi Alex. poſt Bar. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. ꝙ qui
tenetur ſatisfacere, nō liberatur dando pignora, uel
fideiuſſorem, uel aliter cauendo, ergo nō dicetur hęc
conditio adimpleta, quamuis conuentus fuerit pro-
pria auctoritate domum cōſequutus. Præterea † uer
bum ſatisfacere denotat diſtinctionem perſonarū, dā
tis ſatisfactionem, & accipientis adeò, ꝙ quis ſibimet ſatiſ
facere non dr̄, quia inter dantē, & accipientē perſona-
rum diſtinctio eſſe debet. c. fi. de conceſſ. p̄b. c. p noſtras.
de iurepat. & l. pupillus. §. ipſe tutor. ff. de auct. tut. Vl
timo † promiſſa fuerūt quadraginta magiſtro Ioāni,
ſi & quando conuentus cōſequutus fuerit condignā
ſatisfactionē, & æſtimationem dictæ domus, ergo de
bet intelligi de ſatisfactione, quæ fit per ſolutionem
æſtimationis domus, quia præcedentia declarantur
per ſequentia. l. ſi ſeruus plurium in fi. cum ibi not. ff.
de leg. 1. & l. ſin. qđ liquidè. §. fi. ff. de penu. leg. ¶ Qui-
bus tamen non obſtantibus, arbitror contrariū in ca-
ſu noſtro uerius eſſe, & præmitto, ꝙ id, quod fratres
ſancti Dñici promiſerunt ſoluere magiſtro Ioāni pro
damnis, & intereſſe ipſius, ſi & quando cōuentus fuerit
conſequutus ſatisfactionē, & æſtimationē dictæ do-
mus à Papa, debuiſſent de iure illi abſq; alia promiſ-
ſione ſoluere: qm̄ † licet qn̄ res locata, ſeu uēdita abſq;
4 culpa locatoris, vel uenditoris fuit per principē abla-
ta, non teneatur locator, ſeu uenditor, niſi ad p̄tiū re
cipiēdū, uel ad remiſſionē mercedis, & non ad damna,
nec ad intereſſe, ut eſt tex. in l. ſi fundus. ff. locati. tm̄
quando princeps poſtea aliquid uenditori, ſeu locato
ri dedit pro reſtauratione, & ſatisfactione, tunc ipſe te
netur dare illud emptori, uel conductori pro intereſ-
ſe & damnis, ut probatur in l. itē verberatū ff. de rei
uend. l. qui ſolidum. ff. de leg. 2. & ita declarat Pau. de
Caſt. in d. l. ſi fundus. Hoc ſtāte, dico, ꝙ ex quo fratres
ſancti Dñici ēt propria auctoritate acceperunt domū
illam per principem publicatā, ſeu ablatā pro ſatisfa-
ctione ſua, ipſi debent cogi ad ſoluendū magiſtro Io-
anni libras quadraginta, prout promiſerunt, qm̄ con
ditio promiſſionis dicitur adimpleta: & hoc multi-
5 pliciter demonſtratur, & primo, nam † ſatisfacere, ſeu
ſatisfactio capitur, ut genus, & ut ſpecies, ut genus ca
pitur, qn̄ quocunq; deſideriū creditoris adimpletur.
l. 1. qui ſatiſd. cog. l. itē liberatur. §. 1. ff. qb. mod. pign.
uel hypo. ſol. ut ſpecies aūt, qn̄ debitor pfectè abſol-
uitur per ſolutione, uel acceptilatione, uel aliter, ut
l. ſolutā. in fi. ff. de ſolu. l. is, cui. §. ſatisfactionis. ff. ut in
6 poſſ. leg. & † in dubio qn̄ aliter non apparet de mente
contrahentium, in contractibus accipitur in ſpecie, ut per
Bar. in d. l. 1. in prin. ff. q ſatiſd. cog. At in terminis no-
ſtris non ſumus in dubio, quia ex uerbis cōtrahentiū
apparet, ꝙ noluerunt capere ſatisfactionē in ſpecie,
ſed in genere, ut colligitur ex illis uerbis condignam
ſatisfactionē dictæ domus cōſequutus fuerit à Papa,
uel à quocunq; alio, & quouis modo, & ſic non ſimplici-
ter fecerunt mentionē de ſatisfactione, ſed de ſatis-
factione quouis modo: † ergo quomodocunq; fuerit
impletū deſideriū conuentus, dicetur illi ſatisfactū p
priè loquendo. d. l. 1. & faciunt not. p Abb. in c. præte-
rea, & in c. cū tu. de uſur. qui dicit, ꝙ propriè creditori
ſatisfieri dicitur, qn̄ qualitercunq; uoluntati credito-
ris eſt ſatisfactū. §. uenditæ. Inſt. de rer. diuiſ. cū gl. l. 4.
§. ſi prætor. cū gl. ff. de re iudi. Alex. in conſ. 91. uol. 2.
in ult. col. & Bal. in l. per diuerſas. in q. 13. C. mandati.
ſed ex cōſequutione domus, ut ſupra, facta deſideriū
conuentus fuit impletū, ergo &c. Præterea & ſecūdo
quāuis conuentus propria auctoritate, & abſq; facto
8 alicuius pſonæ domū apprehenderit, tamē † ex hoc
poteſt dici ipſis fratribus, & conuentui ſatisfactū, per
tex. in l. ſi rē. §. omnis. ff. de pig. act. ex quo tex. infer-
tur, dici ſatisfieri creditori non ſolū mediāte facto al
terius, ſed ēt abſq; facto alterius, ſi ipſe ſibimet cauit
quomodocunq; ēt ſe ipſum decipiēdo, ut ibi in uerſ.
generaliter. Quod ēt demonſtratur, nā ita demū de-
bitori cōpetit actio pignoratitia ꝯ creditorē, ſi ipſi cre
ditori ſit ſatisfactū. d. l. ſi rē. §. oīs. & habetur p Azo. in
ſum. eo. ti. Sed debitori dat̄ actio pignoratitia, ſiue ip
ſe ſoluat, uel ſatisfaciat creditori, ſiue ipſe creditor ſi
bimet ſoluat, & ſatisfaciat, ut eſt tex. in l. 1. C. de diſtr.
9 pig. & C. de pig. act. Nā † quis ſibimet pōt ſoluere, &
ex tali ſolutione tollitur obligatio, ſicut ex ſolutione
facta à debitore, uel alio. l. quoties. §. ſicut. ff. de admi.
tut. ergo poſito, ꝙ conuentus propria auctoritate do
mū acceperit, tm̄ ex quo illam accepit, vt ſibi caueret,
nec ex alia cā pōt dici eā apprehendiſſe, & propterea
ex illa cauſa dicetur accepiſſe. arg. l. ſi nulla. C. de acq.
poſ. cū ibi not. l. 2. & ibi Bart. C. eo. tit. l. q̄dā. ibiq; glo.
Bar. & alij. ff. de rei uēd. Bar. in l. cū ſolus. ff. de uſucap.
& Alex. in conſi. 8. col. 5. uol. 3. ſequitur, ꝙ dicetur ſibi
ſatisfactum, ſeu condignam accepiſſe ſatisfactionē,
& conſequenter conditio appoſita dicetur adimple-
ta, & p̄ſertim cum ſatisfuerit, ꝙ quouis modo ſatisfa
ctionem receperit, & conſequenter ſiue mediante fa
cto alterius, ſiue mediāte facto proprio, arg. l. baliſta.
cum ibi not. per Bar. ff. ad Trebel. Conſidero ēt, ꝙ cō-
ditio illa, ſi condignā ſatisfactionē acceperit à Papa,
dicitur conditio neceſſaria ad effectum actus, nā cō-
uentus non debuit magiſtro Ioanni teneri ad dāna,
& intereſſe, niſi aliqd receperit pro reſtauratione do
mus, quā princeps acceperat. l. ſi fundus. & ibi Pau. de
Caſt. ff. locati. ergo illa conditio potuit adimpleri per
ſatisfactionē non ſolum in ſpecie, ſed ēt in genere,
uidelicet quomodocunque contigerit ipſi cōuentui
10 ſatisfieri ēt mediante facto ſuo tm̄, quia † conditio ad
effectū actus neceſſaria pōt quomodocunq; ēt per ca
ſus diſſimiles adimpleri. l. ſi mater. C. de inſti. & ſub-
ſtitu. ſub condi. fac. & l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. & ex
quo habemus effectum, uidelicet, q' ipſi conuentui
fuerit quouis modo prouiſum, & ſatisfactū, non eſt
curandum de modo, ut habetur in l. Gallus. §. & quid
ſi tm̄. ff. de lib. & poſthu. Præterea hæc conditio tacitè
11 inerat, nā † de iure quando princeps rē uenditā, ſeu
locatam accipit, uenditor, ſeu locator nō tenetur ad
pretium, nec ad intereſſe emptoris, ſeu conductoris,
niſi condignam ſatisfactionem, & reſtaurationem à
principe, uel aliter receperit. d. l. ſi fundus. iunctis no-
ta. per Pau. de Caſt. in d. l. ſi item uerberatum. cū ſim.
12 ff. de rei uend. ergo † expreſſio illius conditionis, q̄
tacitè inerat, non debet aliquid operari, & maximè
ut actus merè, uerè, & propriè cōditionalis dicatur,
& conſequenter eius uerba uerè, & propriè debeant
adimpleri, argumen. l. quæſitū. in fi. ff. de diſtrac. pi-
gno. & no. in l. 3. ff. de leg. j. iunctis not. p doctores, &
maximè Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de conditio. & demon.
13 Sed † largè, & impropriè poſſunt adimpleri, ut colli-
gitur ex ijs, q̄ uoluit do. meus Socin. in l. 1. in princ. ff.
de uulgar. & pupil. in articulo an ſubſtitutio propriè
ſit inſtitutio, reſpondendo textui in l. mulier. ff. de cō
ditio. inſtitutio. quia d. l. mœuius. & d. l. qui hæredi. p
cedunt in conditione uera, & propria, & non in illa,
q̄ largè, & impropriè conditio dr̄. ¶ Et ſequendo hāc
opinionem ad fauorē magiſtri Ioannis, ex proximè
adductis reſponſio ad ea, quæ in contrariū ſupra de-
duxi,

duxi, clarè colligitur. Vel poteſt reſponderi, ꝙ ex quo conuentus elegit hunc modum ſatisfactionis, & uoluit ſuum deſiderium ſic adimpleri, ſatis propriè dr̃
14 adimpleta conditio, quia † propriè dicitur ſatisfieri, quando quoquo modo iuxta uoluntatem, & deſideriũ creditoris ſibi dr̃ prouiſum. l. liberatur. ff. quibus mod. pig. uel hyp. ſol. d. l. ſi rem. §. omnis. d. l. 1. ff. q ſatiſd. cog. l. pen. & ibi gl. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. & d. l. 4. §. ait prætor. cũ gl. ff. de re iudic. Nec obſtant no. p Bal. in d. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. quẽ ſcriben. cõmuniter ſequuntur, ꝙ in contractibus propriè dicitur ſatisfieri, quando debitor in totum liberatur, nã illud eſt uerũ, nolente creditore aliter ſibi ſatisfieri, ſed quando ipſe alium ſatisfactionis modum admittit, tunc ẽt in contractibus eo modo propriè ſatisfieri dicitur, ut declarat Alex. in d. l. 1. & probatur in d. l. item liberatur. §. 1. nam uolente creditore dicitur ſibi quo quo modo ſatisfieri, ẽt ſi eſſemus in caſu, in quo ſibi
15 de ſatisfaciendo promiſſum eſſet. Præterea † ex hoc, ꝙ conuentus propria auctoritate pro eius cautione domum apprehenderit, papa, qui ipſum conuentum ratione domus reſtaurare tenebatur, dicitur in totũ ab hac reſtauratione, & ſatisfactione liberatus, quoniam iniquum eſſet, quòd conuentus habuiſſet domum, & Papa ipſi ratione illius domus ſatisfacere teneretur, argumento. l. uoluntate. ff. quibus mod. pig. uel hyp. ſolui. ergo ſequitur, quòd in hoc caſu propriè dicitur conuentui ſatisfactum, cum Papa ex apprehenſione domus per conuentum facta liberatus, & abſolutus dicatur, quo caſu propriè dicitur ſatisfactum ad tradita per Bartolum in d. l. 1. in princ. cum ſimili. ſupra allegatis. Ex quibus omnibus, & ex alijs ſupra dictis ad fauorem magiſtri Ioannis omnia in contrarium adducta tolluntur. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Obligatio, & hypotheca bonorum facta cum iuramento, & cum clauſula omni meliori modo ſi non poteſt ut acceſſoria ualere, ſaltem debet ut principalis ualere.*
Idem de obligatione fideiuſſoria hoc modo facta.
Et an, & quomodo hæc ſint uera. num. 34.
2 *Verba narratiua, & enunciatiua donationis in inſtrumento appoſita inter ipſos contrahentes donationẽ probant, & qũo nu. 26.*
3 *Obligatio bonorũ ex parte donatarij an in dubio, ut actus ualeat, gratia remunerationis facta interpretetur, & nu. 23. & 37.*
4 *Benefacienti nobis benefacere, illumque remunerare naturaliter tenemur.*
5 *Verbũ dono eſt generale, & pro uẽditione capi põt, ſicut èeontra uenditio põt capi pro donatione, & qualibet alia alienatione.*
Contra de uerbo dono. nu. 32.
6 *Verba ſunt impropriãda, ut actus ualeat, & non pereat.*
Et quomodo hoc ſit uerum, nu. 33.
7 *Poſſeſſio, uel ius acquirẽdi poſſeſſionẽ ex cõtractu inutili, & inualido mediante conſtituto transferri poteſt. Cõtra nu. 15. & 35.*
8 *Obligatio, & hypotheca bonorum quomodo ex parte donatarij poſſit donationi accedere, & nu. 36.*
9 *Indictionis omiſſio inſtrumentum ipſo iure uitiat.*
10 *Quid ſi indictio fuerit erroneè in inſtrumento deſcripta.*
11 *Papæ nomen in terris eccleſiæ eſt pro ſubſtantia in inſtrumentis apponendum, conſuetudine contraria non extante.*
12 *Inuocatio domini noſtri debet in inſtrumentis fieri.*
13 *In inſtrumentum ſi eſt nullum, nihil de contentis in eo exequutionem meretur.*
14 *Inſtrumentum guarentigiatum nullum nec in totum, nec in parte aliquam meretur exequutionem.*
15 *Ex conſtituto de poſſidendo in contractu nullo appoſito nulla transfertur poſſeſſio.*
16 *Obligatio pignoris, & hypothecæ ut ualide contrahatur, quid requiritur.*
17 *Hypotheca pro obligatione conditionali contracta quando locũ, & effectum habeat.*
18 *Obligatio hypothecæ non contrahitur, niſi adſit creditor, qui debitorem principaliter obligatum habeat, & cui pignus, ſeu hypotheca poſſit obligari.*
19 *Verbum dono ſimpliciter poſitum intelligitur de ſimplici, & pura donatione.*
20 *Donator ex contractu ſimplicis, & puræ donationis donatario ad dandum obligatur, quando donatio à traditione non*
21 *Donator in quibus caſibus donatario de euictione teneatur.*
22 *Donatarius ex contractu donationis non obligatur donatori, & obligando, ac hypothecando bona ſua donatori, nulla* … *te cauſa, nihil agit.*
23 *Obligatio naturalis ad antidora, qua donatarius* … *ri, non eſt per ſe apta acceſſoriam obligationem*
24 *Et an ea in pactum ualidè deducatur.*
25 *Obligatio, & hypotheca bonorum per donatarium* … *non ualet, etiam ſi donatum eſſet, ut donatarius* … *gare, & hypothecare bona ſua.*
27 *Donatio inſinuationem requirens non inſinuata eo tempore, quo facta fuit, eſt ipſo iure nulla, & inualida.*
28 *Et an, & quando iuramentum inſinuationis defectum ſuppleat.*
29 *Obligatio, & hypotheca bonorum in contractu emptionis, & uenditionis quomodo intelligatur facta.*
30 *Creditor in hypothecaria debet ultra alia probare debitorem* … *ſe in mora ſoluendi.*
31 *Venditor contra emptores agere non poteſt ante, quàm ipſe* … *tradendo pro parte ſua non adimpleuerit.*

E P I T O M E.

Obligatio, & hypotheca bonorum appoſita in inſtrumento nullo ob defectum indictionis, nominis Papæ in terris eccleſiæ, & inuocationis nominis domini noſtri, ꝙ non ualuerit, nec ex ea ius aliquod fuerit acquiſitum, & quid requiratur ad hoc, ut ualeat, & ex ea ius acquiratur, ac agi poſſit, hic habetur.

C O N S I L I V M CCIII.

VIſo inſtrumento mihi exhibito unà cum petitione pro parte do. Lucretiæ facta, prima conſideratione dicendum, ꝙ domina Lucretia ſit aſſocianda ad ingrediendum bona olim Conſtantij eius filii, & ad poſſeſſionem, ac tenutam illorum apprehendendũ, & prout p
1 parte ipſius do. Lucretiæ fuit petitum. Nã † cũ obligatio, & hypotheca bonorũ pro ducatis ducẽtis do. Lucretiæ per dictum Conſtantiũ facta fuerit cũ iuramẽto, & cũ clauſula omni meliori modo, ſi illa non poteſt ualere ut acceſſoria, ſaltẽ debet ualere, ut principalis, arguẽdo de obligatione fideiuſſoria ad obligationẽ hypothecæ, prout arguit Bar. in l. fideiuſſor obligari. in prin. & in fi. ff. de fideiuſſo. Sed ille, qui fideiuſſorio nomine alterius obligauit cũ iuro, ſi non potuit ut fideiuſſor obligari ex eo, qđ principalis, pro quo fideiuſſit, nõ teneť, debet ſaltẽ ut principalis promiſſor obligari, quia iurãdo, ſeu fideiubendo cum clauſula omni meliori mõ, vr̃ uelle teneri omni modo quo põt. l. cũ pater. §. filius matrẽ. & ibi Bar. & Bal. ff. de lega. 2. & in terminis hoc voluit Bar. in l. ſi quis pro eo ... uerſi. ſeptimo prohibeť, & in uerſ. 8. prohibetur. ff. de fideiuſſo. ergo idẽ dđm eſt de eo, qui obligauit, & hypothecauit bona ſua cum iuro, & cum clauſula omni meliori modo, & forma, in caſu, quo non extet alia principalis obligatio, ſeu promiſſio, cui pignoris, & hypothecæ obligatio poſſit accedere. Et hæc obligatio hypothecaria, quæ ut principalis cenſetur, dicetur per Conſtantium filium matri ſuæ facta in remunerationẽ donationis factæ ſibi à matre de tot bonis, put de hac donatione cõſtat ex uerbis narrati-
2 uis, & enũciatiuis dicti inſtr̃i: † q̃ uerba narratiua, & enũciatiua donationis probãt inter ipſos ꝯhentes ... tradita per Bar. & alios in auth. ſi quis in aliquo. C. de edẽn. in l. ſciendũ. ff. de uerb. oblig. & per canoni...